Fragmentarium

non reformidauit. Bona hanc
uirtutum suarum consummatio
nem existimans: si patrem
ecclesie reddita reliquisset.
Itaque profectus cum suo illo ut
semper frequentissimo disci
pulorum sanctissimoque comitatu.
mergos in flumine conspica
tur piscium predam sequi: et
rapacem ingluuiem assiduis
urgere capturis. Forma inquit
hec demonum est. Insidiantur
incautis. capiunt nescientes:
captos deuorant ex saturari
que non queunt deuoratis. Im
perat deinde potenti uirtute
uerborum. ut cum in quo natabant
gurgite relinquentes aridas
peterent desertasque regiones.
Aliquandiu ergo in uico illo uel
in ecclesia ad quam ierat commo
ratus: pace inter clericos res
tituta. cum iam regredi ad mo
nasterium cogitaret. uiribus
corporis cepit repente desti
tui. Conuocatisque discipulis.
indicat iam resolui. Tunc
uero meror et luctus omnium
uox una plangentium. Cur
nos pater deseris. aut cui nos
desolatos relinquis? Inuadent
enim gregem tuum lupi rapaces.
Et quis nos a morsibus eorum p
cussa pastore prohibebit. Scimus
quidem desiderare te Christum. sed
salua sunt tibi tua premia. nec
dilata minuentur: nostri po
tius miserere quos deseris. Tunc
ille motus his fletibus ut totus
semper in domino misericordie uisceribus
affluebat: lacrimasse perhi
betur. Conuersusque ad dominum
hoc tantum flentibus uoce res
pondit. Domine si adhuc populo
tuo sum necessarius non recuso
laborem: fiat uoluntas
tua. Ipse nimirum inter spem a
moremque positus: dubitauit
pene quid mallet. quia nec
hos deserere nec a Christo uole
bat diutius separari. **lc viij**

Itaque cum aliquot dies moles
tia febrium teneretur
et a discipulis suis rogaretur
ut in lectulo suo ubi mali
nocte in cinere decubabat stra
mentum aliquod poneretur. non
decet inquit filii christianum nisi
in cinere et cilicio mori. Ego
si uobis aliud exemplum relin
quo: ipse peccaui. Oculis tamen
manibusque in celum semper inten
tis inuictum ab oratione spiritum non
relaxabat. et qui ei proximi
semper aderant: et a presbyteris
rogaretur ut corpusculum mu

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, Latin 9488, 70v – Lectionarium officii
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-8mfh/3207/34849)